

Napoli, IISF 26 marzo 2024

Antonella Sannino, *La letteratura ermetica medievale: il caso degli apocrifi di Alberto Magno*

## Handout

1. *Liber Hermetis de quindecim stellis, quindecim lapidibus, quindecim herbis et quindecim imaginibus*, ed. L. Delatte, *Textes latins et vieux français relatifs aux Cyranides*, Liège, Paris 1942 (Bibliothèque de la Faculté de Philosophie et Lettres de l'Université de Liège, 93), 241.4-9: «Inter multa alia bona quae antiqui patres sapientissimi narraverunt philosophi, Hermes Abhaydimon pater philosophorum antiquissimus sapiens et quasi unus ex benedictis a Deo philosophis librum hunc edidit divisitque eum in quattuor partes eo quod principaliter quattuor rerum virtutes, videlicet stellarum, herbarum, lapidum atque figurarum».

2. *Kyranides*, ed. Delatte, 13.1-15.4: «Liber physicalium virtutum, compassionum et curationum, collectus ex libris duobus: ex prima videlicet Kyranidarum Kyrani, regis Persarum, et ex libro Arpocratonis Alexandrini ad propriam filiam. Habebat autem primus Kyrani liber sic, sicut et supponemus. Dei donum magnum angelorum accipiens fuit Hermes Trismegistus deus hominibus omnibus notus [...] Hic liber Syriacis fuit insculptus litteris in columna ferrea in libro qui dicitur archaicus priori per me interpretato. In hoc autem libro qui vocatur Kyranis, scriptum est de lapidibus XXIV, herbis XXIV, piscibus XXIV, volucris XXIV [...] In tres igitur dividens Kyranidas omnem compositionem declaravi per elementum sicut digna recordatio rerum accedit. Kyranides vero dictae sunt eo quod aliorum meorum librorum istae sunt reginae. Invenimus autem Kyranis regis Persarum quarum prior haec est. Hic quidem est prologus huius. Arpocratonis vero habebat sic.

*Liber Syriae therapeutiki, id est curatorius: propriae filiae Arpocraton scripsit haec.* Cum aliquod iter agerem per Babyloniae regionem, civitatem Seleuciam nomine inveni cuius omnem historiam sumpsit, sed nos illius civitatis longum sermonem non habemus necesse describere, ne semper in proemiis vacemus».

3. *Kyranides*, ed. Delatte, 12.8-11: «Volo tamen te scire quod est apud Graecos quidam *liber Alexandri Magni de VII herbis VII planetarum et alter, qui dicitur Thessali mysterium ad Hermen id est Mercurium, de XII herbis XII signis attributis et de VII aliis herbis per VII alias stellas*».

4. <*Compendium aureum*> *Tractatus de septem herbis septem planetis attributis*, ed. Delatte, 213.4-214.1: «Flaccus Africus discipulus Belbenis Claudio Atheniensi epilogistico stadium continuare et finem <invenire> cum laude. Post antiquarum Kyranidarum volumina tibi nota et Arpocratonis consodali tuo relata, inveni in civitate Troiana in monumento reclusum praesentem libellum cum ossibus primi regis Kyrani qui *Compendium* intitulatur, eo quod per distinctionem factam a maiore Kyranidarum volumine cum diligentia compilata est. Studio vehementi tractat de septem herbis septem planetis [...]».

5. Le Liber de virtutibus herbarum, lapidum et animalium (Liber aggregationis). *Un texte à succès attribué à Albert Le Grand*, Firenze 2007 (Micrologus Library, 22), ed. I. Draelants, 259.16-17: «Immo etiam egomet Albertus ut in pluribus veritatem inveni et veritatem suppono quo ad aliqua ex Kiranidis libro et libro Alchorach».

6. Venezia, Biblioteca Nazionale Marciana, VI. 201 (olim XIV, 37), XVI sec.: «Incipit liber Alchirani de proprietatibus rebus».

7. *Il De mirabilibus mundi tra tradizione magica e filosofia naturale*, Firenze 2011 (Micrologus Library, 41), ed. A. Sannino

a) 92: «Postquam philosophis certificatum est, quod uniuersae species rerum mouent et inclinant ad seipsas, quoniam postquam in eis uirtus actiua rationabilis est».

b) 98-99: «Credidit magna pars philosophorum et medicorum quod tota mirabilitas experimentorum et mirabilium exiret a rebus naturalibus, quando in lucem conferuntur per calidum et frigidum, siccum et humidum, et significauerunt has quattuor qualitates, et posuerunt ipsas radices omnium mirabilium, et eorum mixtio exigit ad omne mirabile, et uerificauerunt illud in suis operibus, et iusserunt sua experimenta incedere et componi per ista, et tenere per has res et uerificari»

c) 104: «Quaedam igitur sola experientia sunt credenda, sine ratione, cum lateant homines. Quaedam sola ratione, cum careant sensibus, nam quamuis manifestam rationem nesciamus, quod magnes trahit ferrum, ita tamen manifestat illud experientia quod nullus denegare debet et quemadmodum istud est mirabile quod sola experientia certificat».

d) 97: «Plato uero dixit in libro Tegmenti, quod qui non fuerit opifex dialectice ex qua fit pronus et eleuatus intellectus agilis et expeditus, et qui non est eruditus in scientia naturali in qua declarantur mirabilia calidi et frigidi, et in qua aperiuntur proprietates cuiuslibet entis in se, et qui non fuerit doctus in scientia astrologie et in aspectibus et figuris stellarum ex quibus est unicuique eorum quae sunt sublimia uirtus et proprietas, et qui non fuerit doctus in scientia nigromantie in qua manifestantur substantie immateriales, quae dispensant et administrant omne, quod est in rebus, ex bono et malo, non poterit intelligere nec uerificare omnia quae philosophi scripserunt, nec poterit certificare omnia quae apparebunt sensibus hominum, et inuadet cum tristitia animi quoniam in illis rebus est mirabilitas omnium quae uidentur».

8. Liber Aneguemis. *Un antico testo ermetico tra alchimia pratica, esoterismo e magia nera*, ed. P. Scopelliti - A. Chaouech, Milano 2006, 104: «Et cognitionis radicum et ramorum et actionum perscrutationis de rebus et opificum dyialectice et aliorum et opificum astronomiae et inclinationis et opificum secretarum scientiarum et occultarum non dubitat aliis eorum in illo quia est veritas et non falsificat id et ipse qui de iam verificat autem id quod idem est falsitas».

9. *Picatrix* I 2, in *Picatrix: the Latin Version of the Ghāyat al-ḥakīm*, ed. D. Pingree, London 1986, 5: «Et generaliter nigromantiam dicimus pro omnibus rebus absconditis a sensu et quas major pars hominum non apprehendit quomodo fiant nec quibus de causis veniant» .

10. *Speculum astronomiae* 11, in P. Zambelli, *The Speculum astronomiae and its Enigma. Theology and Science in Albertus Magnus and his Contemporaries*, ed. S. Caroti, M. Pereira, S. Zamponi, P. Zambelli, (Boston Studies in the Philosophy of Science, 135), Kluwer-Dordrecht, Boston-London 1992, 31.89-95: «Cum his libris inveniuntur scripti duo ex libris Hermetis, quos non putant necromanticos sed potius naturales, quorum unus est [...] Alius est De quattuor confectionibus ad capienda animalia silvatica et lupos et aves. Et ipse est liber Hermetis ad Aristotelem, qui sic incipit: Dixit Aristoteles: Vidistine o Hermes etc».

11. *Liber de quattuor confectionibus* ed. A. Sannino in *Ermete mago e alchimista nelle biblioteche di Guglielmo d'Alvernia e Ruggero Bacone*, «Studi Medievali», 3a s., 41 (2000), 186: «Accepi spiritum illius et illius [...] per virtutem horum spirituum spiritualium et aducant ipsum ad me quemadmodum aducit ventus septentrionalis nubes. Oro te, o spiritus, qui lates in illo et in illo corpore per virtutem horum spirituum concordantium, obaudite obaudientes et ducamini ad me inclinati et subiecti».

